lum columbinum offerēs, primum facellum ingrediebatur: ovem aut agnum, secundum: arietē, tertium: vitulum, quartum: juvenum, quintum: bovem, sextum: qui denique filium proprium offerret, septimum occupabat facellum. Hic Molecum osculabatur, juxta illud: *Sacrificatores hominum, vitulum osculantur*, Hof. 13. 2. Filius ante Molecum ponebatur: Molecus igne supposito succendebatur; donec ignitus fieret instat lucis. Tūc sacrificuli acceptum infantem candentibus Moleci manibus intidebant, ac ne patens ejulatum ac clamorem pueri audiret, tympana pulsarunt. Inde locus iste dictus fuit תופת Tophet, nempe à תוף tympanis: vallis verò חנוך Hinnom, quia vox pueruli erat חנה rugiens, aut quod astantes sacrificuli dicerent, חנה לך *Utile erit tibi, Dulce erit tibi, Condimentum erit tibi.* Hec ibi, vide Kimchi 2. Reg. 23. v. it. R. Bechai Levit. 18. scribit, parentes persuasos fuisse, reliquos liberos hoc sacrificio à morte ereptum iri, seque totā vitā futuros prosperrimos. R. D. Kimchi, Psal. 27. v. 13. scribit: Gehinnom est locus vicinus urbi Jerusalem, contemptissimus, in quem projiciebant sordes ac cadavera, fuitque illic תופת חנוך Ignis continuus ad combutendum cadavera, ossa ac reliquas sordes. Inde (ab horrendis istis cruciatibus & igne perpetuo) postmodum appellatum fuit iudicium impiorum, sive locus in quo pœnas æternas impii sustinebunt, חנוך, Gehinnam, id est, גהנום Gehenna. Eo tendunt verba Christi, quando dixit eis τὴν γέενναν τὸ πῦρ. In Gehennam ignis, Matth. 5. 22. Nec dubium est quin ista Gehennæ significatio tunc communis, & vulgo nota fuerit, ut antiquissimi Judæorum



libri, & inter eos Talmudici restantur, in quibus legitur: Frenduit super eos princeps Gehennæ dentibus suis, Sanhedrin cap. 7. fol. 52; & in Nedarim, cap. 4. fol. 39: Septem res creatæ sunt ante creationem mundi, nempe Lex Mosaica & Pænitentia, Paradisus & Gehenna, Solium gloriæ & Domus sanctuarii, & Nomen Me'siæ, & ita passim. Hæc cursim propter vocabulum Gehennæ.

**גִּיד** m. Nervus, Gen. 32. 32: Plur. גִּידִים, Ezech. 37. 6: Constr. גִּידָי, Job. 40. 12.

**גִּיל** m. Similitudo, similis aut æqualis natura, conditio vel status: אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם Qui sunt secundum similitudinem vestram, aut, ejusdem cum vobis status & conditionis, Dan. 1. vers. 10. Apud Talmudicos, בֶּן גִּילָו, id est, Filius eadem horâ, & sub eodem Planeta cum ipsa natus, Metz. i. a. cap. 2. fol. 27, & ita sæpè hæc voce utuntur. Quidam ad גִּילָו reducunt, quasi Revolutionem parem significet.

**גִּיר** m. Calx: כְּאֲבֵי גִיר Sicut lapides calcis, Jes. 27. v. 9. Chald. עַל-גִּירָא In calce vel super calcem, id est, in rectorio ex calce, Dan. 5. 5.

**גִּילָב** m. Tonfor: Plur. תַּעֲרֵר הַגִּילָבִים Novaculam tonforum, Ezech. 5. 1.

**גִּירָד** m. Cutis, Pellis: Aff. עָרִי גִירָדִי Super cutem meam, Job. 16. 15.

**גִּלָּה** Migravit, Deportatus, Abductus fuit in captivitatem vel exilium: item Revelavit, Retexit, & intransitivè, Revelare, Reregere se: Prat. גִּלָּה חֲצִיר Retexit se gramen, id est prodiit, Pro. 27. 25 Fut. יִגְלָה Demigrat, Job. 20. 28, pro יִגְלָה. Chald. Part. præf. גִּלָּא Revelans, Dan. 2. 22, & גִּלָּה v. 28. Partic. Pehil גִּלָּה Revelatū est, Dan. 2. 19, vel גִּלָּה v. 30, per Scheva com-

com-



compositum, cui simile in קרא. Inf. למגלה Revelare, v. 47. Niphal Præter. גלה Revelavit se, 1. Sam. 3. 21: ונגלה כפי Et transportatur à me, Jes. 38. 12. Futur. cum Apocopa, תגל Retegetur, Jes. 47. 3. Pihel, גלה Revelavit, Retexit, Deportavit, Thren. 4. 22. at illud, ונגלית Et retegis te, Jes. 57. 8, intransitivè exponit Ab. Esra: Pyhal Præter. גלתה Deportabitur, juxta quosdam, Nab. 2. v. 7. Particip. תגלה Inceperat manifesta, Prov. 27. vers. 5. Hiphil הגלה Migrare vel Deportari fecit, Deportavit, Captivum abduxit: Præter. הגלה vel הגלה Deportaverat, Jer. 29. v. 1. Chald. Præter. הגלי Abduxit, Deportavit, Esr. 4. 10. Hophal Præter. הגלה Deportatus fuerat, Esth. 2. v. 6: Et femininum, הגלה Deportabitur, Jerem. 13. 19, pro הגלתה, cui simile vide in רצה in Hiphil. Hithpabel Infin. ברתגלות In retegendo se. Ut retegat se, Pro. 18. 2. Futurum, ורתגל Et retexit se, Gen. 9. 21, per Apocopam.

גולה f. Migratio, Deportatio, Exilium, & metonymicè, Deportata multitudo, Deportati Exules: גולי גולה Instrumenta deportationis, Jer. 46. 19.

גלות f. idem, גלות שלימה Deportatio perfecta, Hamos. 1. 9. Aff. וגלותי Et deportationem meam, id est, deportatos meos, Jes. 45. 13. Chald. גלותא idem, Dan. 2. 25.

גליון Vide in גלל.

גליונים m. p. Specula: quod objecta Revelent, Jes. 3. 23.

גלה Pihel, Rasit, Abrasit: וגלח ראשו Et radet caput suum, Num. 6. 9. Pyhal Præter. גלח Abrasus fuit, Jud. 16. 22: אם גלחתני Si raderer, v. 17. Particip. plur. Constr. וגלחתי וקו Rasi barbâ, Jer. 41. 5. Hithpabel Præter. והתגלה Et radet se, Levit. 13. v. 33. Infin. התגלה Rader eum, Num. 16. 19.

גלל Volvit, Devolvit: Convolvevit, Volutavit. Præter. גללתי Devolvi, Jos. 5. 9. Niphal Præter. וגללו



Et convolventur, Jes. 34. 4. Futur. וְיִגְלוּ Et Devolvetur, id est, decurret, fluet, Amos 5. vers. 24. Pihel Prater. ex geminata prima radicali, וְיִגְלוּ Et devolvam te, Jer. 51. 25. Pyhal Partic. scem. וְיִגְלוּ Volutatum, Jes. 9. 5. Hiphil Futur. וְיִגְלוּ Ut devolveret, Gen. 29. 10. Hitpahel Prater. וְיִגְלוּ Devolvunt sese, Job. 30. 14. Partic. וְיִגְלוּ Volutabat sese, 2. Sam. 20. 12. Infin. וְיִגְלוּ Ut volutetur, Gen. 43. 18.

וְיִגְלוּ masc. Devolutus, Psal. 22. 9: quidam loco Participii presentis וְיִגְלוּ positum existimant, Devolvens est, Devolvit, sc. vel se vel res aut vias suas, juxta id: Devolve super Dominum viam tuam, Psal. 37. 5.

וְיִגְלוּ m. Cumulus, Acervus, quasi Convolutionem dicas, Gen. 31. 46: item Scaturigo, à Revolutione aqua, Cant. 4. 12: וְיִגְלוּ juxta scaturiginem, Job. 8. 17: plur. וְיִגְלוּ Acervi, Hof. 12. v. 11. 2. Reg. 19. v. 25: item Fluctus, ab aquarum Convolutione, Zach. 10. vers. 11: Const. וְיִגְלוּ Sicut fluctus maris, Jesa. 48. vers. 18: Aff. וְיִגְלוּ Fluctuum tuorum, Job. 38. 11.

וְיִגְלוּ f. Lecythus, Lenticula: וְיִגְלוּ A dextris lecythi, Zach. 4. 3: Constr. וְיִגְלוּ Lecythus auri, Eccles. 12. 6: Aff. וְיִגְלוּ Et Lecythus ejus, Zach. 4. 2, pro וְיִגְלוּ, vide simile in וְיִגְלוּ inter Nomina: Plurale וְיִגְלוּ Scaturigines, Jos. 15. 19: וְיִגְלוּ Orbes, 1. Reg. 7. 41.

וְיִגְלוּ m. Volumen, Liber, quia antiquitus in longum descriptus, convolvebatur, ut hodie Liber Legis in Synagoga judaeorum: vel, si deducatur à וְיִגְלוּ, quia ignota Revelat: וְיִגְלוּ Volumen magnum, Jesa. 8. 1.

וְיִגְלוּ m. Stercus, à Convolutione, 1. Reg. 14. 10: Aff. וְיִגְלוּ Sicut stercus ipsius, Job. 20. 7: Plur. וְיִגְלוּ Veluti stercore, Soph. 1. 17: Constr. וְיִגְלוּ Pro stercoribus humanis, Ezech. 4. 15.



**גלל** m. Chald. *Devolutio*: **גלל אבן גלל** Lapide devolutionis, Esrae 5.8, id est, maximo, quem Devolvi necesse est præ gravitate. Ab. Esra, R. Sol. & Elias Levita Marmor interpretantur.

**גליל** m. Limes, Confinium, diversorum terminorum Convolutio & concursus: **בארץ הגליל** In terra confinium hujus, 1. Reg. 9. 11. Et nomen proprium Galilææ, Jos. 10. 7: forma constructa, **גליל הגוים** Galilæa gentium, juxta quosdam, Jesa. 9. 1: Plurale, **גלילים** Volubiles, Versatiles, Orbis, 1. Reg. 6. vers. 34: Construct. **גלילי זהב** Orbis aurei, Cantic. 5. v. 14: **על גלילי כסף** Ad orbis aureos Esth. 1. vers. 6.

**גלילה** f. Galilæa, juxta quosdam: Hebraei Tractum, Terminum, Limitem exponunt, Ezech. 47. 8: Plur. **גלילות** Termini, Joel. 3. 4. Sed Jos. 18. v. 17, quibusdam nomen proprium loci est, Geliloth, qui alias Gilgal dicitur, Jos. 15. 7.

**גלולים** m. p. Idola, Dii stercorei, per contemptum, Ezech. 22. 3: Construct. **גלולי**, Ezech. 8. 10: Aff. **אח גלולי** Deos stercoreos suos, Ezech. 14. 4.

**גלגל** m. Gilgal, nomen proprium loci: item Rota, unde Constructum; **גלגל עגרתו** Rota plaustris sui, Jesa. 28. vers. 28.

**גלגל** m. Orbis, Rota, Sphæra, **גלגל** Tanquam rotam, vel Rotationem, id est, pulverem rotatum & circumactum à turbine, Psalm. 83. v. 14, & sic Jesa. 17. v. 13: **גלגל** In orbe, Psalm. 77. vers. 19, nempe caelesti, qui circumvolvitur, Aben Esra: **דרכב וגלגל** Curribus & rotis, Ezech. 23. vers. 24. Quidam Effedum, alii Carrucas interpretantur. Plural. cum Affixo. **גלגליו** Et rote ejus, Jesa. 5. vers. 28. Chald. **גלגלותו** Rotæ ejus, Dan. 7. vers. 9.



**גלגולת** f. Calvaria, Cranium, Caput, 2. Reg. 9. vers. 35: **אח גלגולתו** In caput unumquodq, Exo. 16. 16: Aff. **גלגולתו** Cranium ejus, Jud. 9. v. 53: Plur. cum Affixo, **גלגולותם** Per capita sua, Num. 1. v. 2.

**מגלה** f. Volumen, liber convolutus, Jer. 36. 28: Constr. **מגלה ספר** Volumen libri, v. 2. Chald. **מגלה ספר** Volumen unum, id est, quoddam, Esr. 6. 2.

**בגלל** Propter, Occasione, Causa: separatum scribitur **בגלל** cum Pathach, quasi formâ constructâ, Genes. 39. 5: Aff. **בגללך** Tua causâ, Propter te, Gen. 30. 27. Gen. 12. v. 13: **בגללכם** Propter vos, Deut. 1. 37.

**גלם** Convolvit, Involvit: Futur. **יגלם** Et convolvit, 2. Reg. 2. 8.

**גלם** m. Glomus, Massa, rudis & intricata adhuc, neq, in veram formam evoluta: Aff. **גלמי** Massam rudem meam, Psal. 139. 16.

**גלום** m. Pallium: Plur. Constr. **בגלומי תכלח** Pallis vel totis hyacinthinis, Ezech. 27. 24.

**גלמוד** m. Solitarius, rejectus & desertus, desolatus, Ab. Esra, Job. 3. 7. Fœmin. **גלמודה** Solitaria, Jesa. 49. v. 21. Apud Talmudicos legitur: In civitatibus maritimis vocant menstruatam **גלמודה** Galmuda. Quid **גלמודה** Separata a viro suo: Sora cap. 7. in fine.

**גלע** Hitpabel **התגלע** Immiscere se: Infinitivus. **התגלע** Ante Miscere se, antequam immisceat se, Pro. 17. 14. Futur. **יתגלע** Immiscet se, Prov. 18. 1. Sic 20. 3, neq, sapius legitur.

**גלש** Derondit, Deglabravit: Prater. **שגלשו** Qua derondit, Can. 4. 1. & 6. 4. Hinc in Targuū, **גלשו** Recalvaster, **גלשו** Recalvatio, Levit. 13. v. 41, 43. Ab. Esra, **גלשו** Conspicui sunt & videntur.





**נב** Etiam, Quoque: Repetitur in continuatione sententia, est Tam, Tam, Quàm. **נב** Quinetiam, Gen. 44. 9: **נב** Num etiam, Etiamne? Genes. 16. vers. 13: **נב** וְאֵף־כֵּן Ac insuper etiam, Levit. 26. 24, Pleonasmus nec inelegans, nec in his Particulis infrequens: **נב** וְכֵן־כֵּן Eo quod etiam, Gen. 6. 3, compositum ex Praepositione **ב**, & Pronomine **כֵּן**, quod cum Pathach loco Sagol notatur, **כֵּן** וְכֵן.

**נב** Pihel, Absorpsit, Exsorpsit, Exhaustit: Futurum **יִגְמַח אֶרֶץ** Absorbet terram, nempe celerissimo cursu, ut R. Levi explicat, Job. 39. 27: Chaldaeus, Facit foveam in terra: sic alii, Fodit. Hiphil Imperat. **הִגְמִי אֲנִי** Sorbere sine me, Sorbendum da mihi, Gen. 24. 17. In Targum **גְּמַח דְּמַא** Absorbent sanguinem, Job. 39. 30. **גְּמִיעָה** Absorbitio, apud Rabbinos.

**גְּמִיעָה** f. Haustus: Constr. **גְּמִיעָה פְּגִיחָם** Haustus faciei ipsorum, Hab. 1. v. 9: R. Sol. exponit **שְׂאִיפָה** Absorbitio. Haustus faciei ipsorum, hoc est, celerissimo suo cursu, quo videntur terram ante se constitutam quasi absorbere, tendunt orientem versus: vel, Cursus ipsorum est celerissimus, ut orientalis ventus.

**גְּמַח** m. Juncus, Scirpus, sic dictus, quod aquam Sorbeat, Job. 8. 11.

**גְּמָד** m. Cubitus, mensura cubiti, Jud. 3. 16, idem quod **אָמָה** de quo in אמם.

**גְּמָדִים** m. p. Gammadæi, Ezech. 27. v. 11, populi Phœnicia, (quarum urbem Plinius corruptè Gamalen, pro Gamaden appellat lib. 2. cap. 91.) quasi Cubitales vel brachiales dicti, quod brachio potentes & robusti essent, ut quibusdam placet, non quod cubitalis statura fuerint, quod loco isti non convenit.



**נמל** Retribuit, Rependit, Retulit bonum vel malum, & ita construitur cum Accusativo, affixo vel separato, vel cum Dativo vel cum Praepositione על: item Ablactavit, Educavit, Maturavit. Præter. **נמלתי** Quia rependit mihi, Psal. 13. 6. **נמלתיך** Rependisti mihi bonum, Et ego affecti te malo, 1. Sam. 24. 18. Part. **נמלתיך** Et omphax maturascens, Jes. 18. 5. Part. præter. **נמלתיך** Ablactatus, Jes. 11. 8. Inf. **נמלתיך** Donec ablactasset eum, 1. Sam. 1. 23. Futur. **נמלתיך** Et maturabat, educabat amygdala, Num. 17. 8. **נמלתיך** Et educavit eum, 1. Reg. 11. 20. Niph. Inf. **נמלתיך** Ablactari; & Futur. **נמלתיך** Et ablactetur, Gen. 21. 8. Vide & 1. Sam. 1. 22.

**נמול** m. Retributio, bona vel mala, unde vel Beneficium, vel Maleficium, & omnino Meritum denotat. **נמולתיך** Retributionem tuam, meritum tuum, Psalm. 137. 8. Aff. **נמולתיך** Retributio tua, Obad. 15: Plur. cum Aff. **נמולתיך** Omnium beneficiorum tuorum, Psal. 103. v. 2. Fem. **נמולתיך** 2. Sam. 19. 36: Plur. **נמולתיך** Deus retributionum, Jer. 51. 56.

**נמל** m. Camelus, Jes. 21. 7: Plur. absolutum & constructum, **נמלי** Camelos ex camelis domino sui, Gen. 24. 10: Semel additur femininum ad distinguendum sexum, **נמלי** Cameli lactantes, Gen. 22. v. 15. Aff. **נמליך** Camelis tuis, v. 19.

**נמול** m. Retributio, Beneficium, Meritum, unde cum Affixo forma Chaldaica, **נמולתיך**, Beneficia ejus. Psal. 116. v. 12.

**נמץ** m. Fossa: **נמץ** Fodiens fossam, Eccles. 10. v. 8. Chaldaicum est, unde **נמץ** Fovea profunda, Prov. 22. vers. 14. Verbum, **נמץ** Effodis eam, Psal. 7. v. 16.

נמל



**נִמַּר** Perfecit: Defecit, Desiit, Prater. **נִמַּר חֲסִיד** Deficit beneficus, Psal. 12. vers. 2. & sic 77. 9. Particip. **נִמַּר עָלַי** Perficientem erga me, Psalm. 57. 3. Futur. **יִנְמַר נָא** Deficiat queso, Psalm. 7. 10: **יִנְמַר בְּעַדִּי** Perficiat pro me, Psal. 138. 8.

**נִמִּיר** m. Chald. Perfectus, Consummatus, juxta quosdam; vel substantivè, Perfectio, Integritas, Esr. 7. vers. 12.

**נָנַב** Furatus est, Abduxit, Subtraxit, Surripuit furtim: Prae. **נָנַבְתָּ אֶת־אֱלֹהֵי** Furatus es Deos meos, Genes. 31. 30: Partic. prater. **נָנַב** Furtivum, Genes. 30. 33: plur. **מֵיִם נָנַבִּים** Aqua furtiva, Pro. 19. 17. Faemininum cum i paragogico juxta R. Sol. **נָנַבְתִּי** Furto sublatum, Genes. 31. 39. Vide simile infra in **מָלֵא**. Niph. Futur. **יִנְנַב** Furto ablatum erit, Exod. 22. 12. Pihel Particip. plural. **מִנְנַבִּי** Suffuratores, qui suffurantur, Jerem. 23. 30. Futur. **וַיִּנְנַב אֶת־לֶב** Et suffurabatur cor, 2. Sam. 15. v. 6. Pyhal Infin. cum Prater. **נָנַב וְנָנַבְתִּי** Furando furto ablatum sum, Gen. 40. 15. Futur. **וְאֵלַי דְּבַר יִנְנַב** Et apud me verbum erat furtivum, Job. 4. v. 11. Absconditum clandestinum. Hithpabel Futur. **וַיִּתְנַבֵּב** Et furtim subtraxit se, 2. Sam. 19. 3.

**נָנַב** m. Fur: **נָנַבְתָּ כְּבִשְׁתָּ נָנַב** Secundum pudorem furis, Jer. 2. v. 26: Plur. **חֲבֵרֵי נָנַבִּים** Socij furum, Jes. 1. 23.

**נָנַבָה** f. Furtum, Exod. 22. 4: Aff. **בְּנָנַבְתָּ** Cum furto suo, vers. 3.

**נָנַב** m. Thesaurus: **גַּזָּה**: Plur. Constr. **הַמְלָךְ** In thesauros regis, Esth. 3. 9: Chald. **בְּבֵית גַּזָּה** In domo gazarum vel thesaurorum, Esr. 5. 17.

**נָנַב** m. Gazophylacium: Plur. cum Affixo, **וַיִּנְנַבֵּב** Et Gazophylaciorum ejus, 1. Par. 28. 11. R. Sol. scribit esse locum, in quo thesauri sacri asservantur.



**נָגַן** Protexit, Obtexit, *construitur cum על*. Præter. **וַנְּגֹנִי עַל הָעִיר** Et protegam supra urbem hanc,

2. Reg. 20. 6. *Infin.* **וַנְּגֹן** Protegendo, Jes. 31. 5. *Hiphil Futur.*

**יָגֵן עֲלֵיהֶם** Proteget eos, Zach. 9. 15.

**גַּן** m. Hortus, quod septo Protegi soleat, Genes. 2. 8: *Aff.*

**לְגַן** In hortum meum, Cant. 5. 1. *Plur.* **מַעַיִן גַּבִּי'ם** Fons hortorum, Cant. 4. 15.

**גָּנָה** f. idem, Jes. 1. 30: *Constr.* **גָּנָה** Cantic. 6. vers. 10:

*Plur.* **גַּבְוֹת גָּנָה** Horti, Eccles. 2. v. 5: *Aff.* **גַּבְוֹתֵיכֶם** Hortos vestros, Amos. 4. 9.

**מָגֵן** m. Clypeus, Scutum, à Protegendo, Genes. 15. v. 1.

Semel reperitur *fœmininum*, **עַל הַמָּגֵן הָאֶחָד** Super

scutum unum, 1. Reg. 10. 17: *Aff.* **מָגֵנִי** Scutum meum, Psal.

7. 11: *Plurale*, **מָגֵנִים** Scuta, 1. Reg. 10. 17: *Constr.* **מָגֵנֵי הַחֶבֶן**

Scuta aurea, 1. Reg. 14. 26: **מָגֵנֵי נְחֹשֶׁת** Scuta aurea, v. 27.

*Aff.* **מָגֵנֵיהֶם** Clypei ejus, id est, Protectores, Hos. 4. 18. *Fœm.*

**מָגֵנֹת** Scuta, 2. Par. 23. 9.

**מָגֵנֶת** Obtegumentum: *Constr.* **מָגֵנֶת לֵב** Obtegumen-

tum cordis, id est, **אוֹטֵם הַלֵּב** Obturatio cordis, juxta

R. Sol. Thren. 3. 65, confer 2. Cor. 3. v. 14. 15, ubi dicitur **ἐ-**

**λυμα** Velamen. Vide etiam in **מָגֵן**: *Plur.* vide ante.

**נָעַח** Mugit, Boavit: *Infin.* **וַיִּנְעֹחַ** Et mugiendo, 1. Sam.

6. 12. *Futur.* **אִם יִנְעַח** An boat, Job. 6. 5.

**נָעַל** Fastidivit: *Præter.* **נָעַלְתִּי** Fastidivi eos, Le-

vit. 26. vers. 44. *Particip.* **נָעַלְתָּ אִישָׁה** Fasti-

diens virum suum, Ezech. 16. vers. 45. *Niphil Præter.*

**וְלֹא יִנְעַל** Fastidio fuit, 2. Sam. 1. 21. *Hiphil Futurum*, **וְלֹא יִנְעַל**

Et non fastidit, id est, cum fastidio coit & in cassum semen

ejicit, Job. 21. 10.

**נָעַל** m. Fastidium, Ezech. 16. 5.

**נָעַר** Increpavit, Objurgavit, Compescuit: & sic

*construitur cum Præpositione א*: absque ea, Per-

didit,



- didit, Disperdidit, Corrupt: *Præc* וְנָטַר *Et increpabit eam*, *Jes. 17. 13.* וְנָטַרְתָּ וְדָרִים *Perdidisti gentes*, *Psal. 119. v. 21.* & sic *Psal. 9. 6.* ubi *Ab. Esra* notat, absque בְּ *construam* significare *Excisionem & perditionem.*
- נָטַרָה *f. Increpatio*, *Prov. 13. 1.* *Constr.* וְנָטַרְתָּ *Jes. 30. 17.* *Aff.* מִנְעָרָתוֹ *Ab increpatione ejus*, *Job. 26. v. 11.*
- מִנְעָרָה *f. Increpatio, Perditio, Exitium*, *Deut. 28. 29.*
- נָטַשׁ *Concuri, Commoveri: Futur.* וְנָטַשׁוּ *Et concussa fuit*, *Psal. 18. 8.* *Pyhal Fut.* וְנָטַשׁוּ *Concutiuntur*, *Job. 34. 20.* *Hithpabel* וְנָטַשׁוּ *Et commoventur*, *Jerem. 25. 16.* cum *Cholē* in medio propter ejectionem *Dagesch*, ut in *Pyhal.* Sic *Futurum*, וְנָטַשׁוּ *Commoveantur*, *Jer. 46. 8.* Et cum *Pathach*, וְנָטַשׁוּ *Jer. 46. 7.*
- נָפַף *m. Ala: Pl. const.* וְנָפַף *Super alis, id est pinnis excelsis*, *Pro. 9. 3.* *Quidam*, *Super eminentiis: quasi pro* וְנָפַף *de quo in* נָפַף. *Chald. idē: plur.* וְנָפַף *Alæ*, *Dan. 7. 4.* *Aff.* וְנָפַף *Alæ ejus, ibid.* וְנָפַף *Vide in א.*
- נָפַח *f. Vitis, Genes. 40. vers. 9.* Semel masculinum est, וְנָפַח *Vitis vacuans*, *Hos. 10. 1.* *Aff.* וְנָפַח *Vitem suam, id est, fructum vitis sue*, *2. Reg. 18. 31.* & sic *Jer. 5. 17.* *Plurals.* וְנָפַחוּ *Et vites*, *Cant. 2. 13.*
- נָפַר *mas. Gopher, cedi i species, juxta paraphraster Chaldaum, unde Noah fecit Arcam*, *Genes. 6. 14.* *Plinius lib. 13. cap. 5.* meminit cujusdam, quæ cariem non sentit, cuiq; materia est aternitas.
- נָפַרִית *f. Sulphur*, *Gen. 19. 24.*
- נָרַב *masc. Pflora, scabies maligna, intus & foris sicca, juxta R. Sol.* *Levit. 21. 20.* *Deut. 28. 29.*
- נָרַד *Hithpabel* וְנָרַד *Scabere, Scalpere se: Infinit.* וְנָרַד *Ad scabendum se*, *Job. 2. 8.*
- נָרַה *Pibel, Miscere, & de contentione ac bello tantum dicitur, quomodo Virgilius dixit, Miscere praelia, & Cicero, Miscere & concitare certamina*



ha. Futur. יִנְרָה מִדּוֹן Miscet contentionem Prov. 29. vers. 22. Hithpabel Prater. הִתְנַרְיתִי Miscuisti scil. bellum, Jer. 50. 24. Imp. וְהִתְנַרְ בּוֹ מִלְחָמָה Et misce cum eo bellum, Deut. 2. 24, per Apocopam.

תְּנָרָה f. Conflictus: Constr. מִתְנַרְתִּי יָדָה A conflictu manus tua, Psal. 39. 11.

נָרָה & alia qua hinc esse possint vide in נָרָה.

נָרָה Niphal נִנְרָה Succidi, Excidi: Prater. נִנְרָתִי Excisus sum, Psal. 31. 23.

נָרוֹן m. Securis, ab Excisciendo, Deut. 20. 19.

נִרְלָה m. Sors, Levit. 16. 8: Const. צִדִיקִים נִרְלָה Sors justorum, Psal. 125. 3: Aff. נִרְלָה Sortē tuam, Prov. 1. 14: Plurale נִרְלוֹת Sortes, Levit. 16. 8.

נִרְם m. Os ossis: Ossa, Artus, Prov. 17. v. 22: item Fastigium: אֵלֶּיךָ הַפְּעֵלוֹת In fastigio graduum, 2. Reg. 9. v. 13, Et sic Kimchi in Com. exponit, In gradu supremo: נִרְם חֶשֶׁר אִשִּׁים Asinus ossium, id est, ossibus valens, fortissimus, Gen. 49. 14: Plurale, נִרְמִים Aff. נִרְמִי Ossa eius, Job. 40. 13. Chal. נִרְמִיחוֹן Ossa eorum Dan. 6. 23.

נִרְם Comminuere, Conterere ossa, quasi Exossare dicas, sicut à Nomine שָׂרֵשׁ Radix, venit Verbum pro Eradicare, scribit Kimchi Ezech. 23. 34. Prater. לֹא נִרְמוֹן Non exossant, Soph. 3. v. 3, id est, non abjiciunt ossa, sed carnem cum ossibus devorant, ut mane ne ossa quidem rodenda reliqua habeant. Pihel Futurum, יִנְרָם וְעֲצָמוֹתֵיהֶם יִנְרָם Et ossa eorum exossabit, id est, conteret, Numer. 24. v. 8: חֲרָשִׁיהָ חֲרָשִׁי Testas eius comminues, Ezech. 23. 34.

נָרָה f. Area, Numer. 18. 27: נִרְנָה In aream, Mich. 4. 12. Aff. מִנְרָנֶךָ De area tua, Deut. 16. 13: Plur. אֲנָרוֹת Areae, Joel. 2. 24.

נִרְם Frangi, Comminui: Prater. נִרְסָה נַפְשִׁי Comminuitur anima mea, Psalm. 119. vers. 20. Hiphil



phil. הנריס Comminuit: Eatur. ויגרס Et comminuit, Thren. 3. 16.

נרש m. Comminutum, Contusum, Res contusa, Lev. 2. 14: Aff. מןרשה De contuso ejus, v. 16.

נרע Diminuit, Detrahit, Subtrahit, Ademit: Succidit diminuendo. *Construitur cum Accusativo & cum Prepositione מן. Partic. prat. וקןרער Barba diminuta, succisa, Jer. 48. v. 37. Infinit. לגרוע Ad Diminuendum, Eccles. 3. v. 14. Futur. אגרע Succidam, Ezech. 5. 11, Targum אקטוף, quod idem: ותגרע Et diminuis, minimum existimas, Job. 13. 4: ותגרע אליך Et subtrahis ad te, id est, aliis adimis & cibi confers, vers. 8: יגרע ויגרע Subtrahit à justo, Job. 36. 7. Niphal Prater. ויגרע Et diminuetur, Levit. 27. 18. Pihel Futur. יגרע Subtrahet, Job. 36. 27.*

מנרעות f. p. Contracturæ, Imminutiones, 1. Reg. 6. vers. 6.

נרף Convolvit, Devolvit, Everrit: Prat. גרפם Devolvit vel Everrit ea, Jud. 5. 21.

אנרוף m. Pugnus, quasi manus Convoluta: באנרוף cum pugno (Targum בכורמין Fuste) Exod. 21. vers. 18: באנרוף פשע Pugno injustitia, Jes. 58. 4.

מנרפה f. Gleba, massa terre Convoluta: Plurale Cum Aff. תחה מנרפתיים Sub glébis suis, Joel. 1. 17.

נרר Concídit, Secuit, Dissecuit: item Ruminavit, quasi denuò Concídit: vel ab Attráctione: nam Chaldaica est Trahere, Attrahere, Futur. יגורם Dissecabit eos, Prov. 21. 7, juxta Ab. Efram & Kimchi in libro Rad. Qui Terrere vertunt, deducunt à גור, sed id aliter construitur, ut suo loco videre est: ירר Ruminabit, Lev. 11. 7, pro יגור ut אבות à בתח & alia plura: Kametz pro Pathach propter pausam. Pyhal Partic. plur. מנררות



secti, Dissecti, 1. Reg. 7. 9. Hithpabel Partic. מִתְגַּוֵּרֵר Dis-  
secans succidens, Jer. 30. 23, juxta quosdam, ut Kimchi  
citatur in libro Rad. sed aliam explicationem vide in גור.

גרה f. Rumen, Cibus ruminis; unde גרה לא יגרה Ru-  
minationem vel ruminacionis cibum non ruminat, Le-  
vit. 11. 7: בעלת גרה Ascendere faciens vel revocans ci-  
bum ruminis, ver. 3. 6. Item Obolus, quasi minimum mo-  
neta Segmentum, Exod. 30. 13, quorum viginti faciebant  
siclum.

גרון m. Guttur, ab Intersectionibus, vel ab Attractione  
spiritus: גטריות גרון Extentæ gutture, Jesa. 3. vers. 16: Aff.  
גרוני Guttur meum, Psal. 69. 4. Est forma חרון.

מגורה f. Numulus: Const. לאגורות כסף Pro numulo  
argenteo, 1. Sam. 2. 36, ubi Kimchi notat esse servile, &  
eiusdem originis cum גרה, de quo ante.

גרנה m. Granum, Bacca: Plur. גרנים, Jesa. 17. 6.  
גרנה f. Fauces, Fistula gutturis, à Segmentis &  
orbibus, ut R. Salomon scribit: Plural. על גרנותיך Ad  
fauces tuas, Prov. 3. 3.

מגרות f. Serra, 1. Reg. 7. 9: Plur. ובמגרות Et ferris, 1. Pa-  
ralip. 20. 3, pro quo legitur, 2. Sam. 12. 31, ובמגרות Et se-  
curibus.

גרש Expulit, Ejecit: Partic. praesens מפניו גרש  
Expulsurus sum à facie tua, Exod. 34. 11. Partic.  
preteritum, וגרשה Et expulsam, id est, repudiatam, Le-  
vit. 21. 14. Niphal Prater. גרשתי Ejecutus sum, Jon. 2. 5. Par-  
tic. גרש Expulsum, Propulsum, Jea. 57. 20. Pihel Prater.  
גרשת Expulisti, Genes. 4. 14. Infin. גרש גרש Expellendo  
expellet, Exod. 11. vers. 1. Pyhal Prateritum גרשו Expulsi  
sunt, Exod. 12. 39.

גרש m. Ejecium, Extrusum, גרש ירחים Extrusio luna-  
rum, id est, fructus quos quæq; luna protrudit, Deut. 33. 14.  
מגרש

מגרש

ti pra-  
pulsam,  
pter ex-  
מגרשי  
ומגרשי  
urbana  
Masore-  
ne scri-  
27. v. 28,  
Quidam,  
verate esse  
pluviam  
em juxta  
st, Prov.  
Constru-  
4. 26: Aff.  
via ejus,  
hal pro,  
aracteri-  
לפתא  
n, ut Kim  
ui pluere  
t vel lu-  
4. 22.  
i corpus  
bus ejus,



**מגורש** m. Expulsio, Suburbium, Suburbanū præs-  
dium, *Ezech. 45. ver. 2, dictum quasi ex urbe Expulsum.*  
Constr. **מגורש** Levit. 25. 34. Aff. **למטען מגורשה** Propter ex-  
pulsionem ejus, *Ezech. 36. 5. Plur. Constr. מגורשי הערים*  
Suburbana præsedia civitatū, *Num. 35. 4, 5. Aff. ומגורשיהם*  
Et suburbana præsedia illarum, v. 3. **ומגורשה** Et suburbana  
præsedia ejus, *Jos. 21. v. 11, ubi deficit ante ה, juxta Masore-*  
*tas, & sic toto isto capite, excepto v. 13, ubi hic plene scri-*  
*bitur.*

**מגורשות** f. p. Suburbia, Suburbana loca, *Ezech. 27. v. 28,*  
*juxta Paraphrasten Chaldaem, & Hebræos Quidam,*  
Fluctus propulsi vel jactati.

**גורש** Vide supra in **גורם**.

**גשם** m. Imber, Pluvia: non tam generate esse  
volunt, quam **מטור**, quod quamcunq; pluviam  
significat, hoc verò Pluviam sortem, sive Imbrem juxta  
Kimchium in lib. Rad. **וגשם אין** Et pluvia non est, *Prov.*  
*25. 14. pl. עת גשמים* Tempus pluviarū, *Esr. 10. 13. Constru-*  
*ctum. גשמי ברכה* Pluvia benedictionis, *Ezech. 34. 26. Aff.*  
*גשמיכם* Pluvias vestras *Levit. 26. 4.*

**גשם** m. idem: **לאגשמה** Non (descender) pluvia ejus,  
*Ezech. 22. v. 24; Quidam volunt esse Verbum Pyhal pro,*  
Non profundēris pluvia, & ita Dagesch characteri-  
sticum deficit, & Mappik redundat, vel est **לפתארה**  
**הקריאה** Ad venustiore prononciationem, ut Kim-  
chi scribit in Commentariis. Plur. **מגשמים** Qui pluere  
faciant, pluviam suscitant, *Jer. 14. 22.*

**הגשים** Hiphil Pluere fecit, Pluvia demisit vel su-  
scitavit. Partic. **מגשמים** Pluere facientes, *Jer. 14. 22.*

**גשם** m. Chald. Corpus: Aff. **בגשמהו** In corpus  
eorum, *Dan. 3. v. 27: גשמהו Corpus ejus,  
*Dan. 4. v. 30: גשמהו* Corpore ejus, 7. 11.*



**נשש** Pihel, Palpavit: Futur. נִשְׁשָׁה בְּעֵינַיִם Palpavimus tanquam caeci, Jesa. 59. 10.

**נתת** f. Torcular, Joel. 3. 13: Plurale נְתוּת Torcularia, Neh. 13. 15.

ד

**דא** Chald. Hæc, Ista, Hoc, Illud, Dan. 3: דְּאֵי לְדָא: Hoc ad illud, Invicem, Dan. 4. 6: דְּאֵי דְּאֵי Hæc ab illa, Dan. 7. v. 3, Ex Hebræo דָּה, ו in ד mutato.

**דאב** Doluit, Mœstus fuit: Prater. fœm. דְּאָבָה Mœret, Mœsta est, Jer. 31. v. 25. Insin. לְדָאבָה Ad mœrendum, Mœrere, Deut. 19. 9, cum ה paragogico. Hiphil דְּאָבָה Dolere fecit, Cruciavit. Partic. וּמְדַיְבוֹחַ Et cruciantes animum, Levit. 26. 16, pro מְדַיְבוֹחַ. Insin. לְדָאבָה per metathesin literarum, juxta Hebræos, vide supra suo loco.

**דאב** f. Mœror, Job. 41. 13.

**דאב** m. idem Deuter. 28. 65.

**דאנ** Sollicitus, Anxius fuit, anxie timuit; Præter. וְדָאנָה לָנוּ Et sollicitus sit nobis, id est. nostrâ causâ vel de nobis, 1. Sam. 9. 5. & sic 10. 2: וְדָאנָה מִי דָאנָה Et quem sollicita timuisti, Jesa. 57. 11: Futur. אֲדָאנָה בְּחַטָּאתִי Sollicitus sum de peccato meo, Psal. 38. 19.

**דאנ** f. Sollicitudo, Anxietas, Prov. 12. 25.

**דאנ** Vide in דָּנָה.

**דאה** Volavit, Volitavit, pernitem volatum propriè notat, qualis est aquila: Futur. יִדְאָה Volat Deuter. 28. 49: וְיִדְאָה Volitat q̄, Psalm. 18. v. 11, per Apocoriam.

**דאה** f. Milvus, idem מִלְּוִי scribit Aben Esra Lev. 11. 14. כב Flu